imo iure continet Protestationem solidam coram officio in Curia suprascripta Illustris et Nobilis contra eundem Magnificum Ioannem Herburt Regni ac supremum Nicolaum Lanckorunski Notarium et famulitorem ipsius, quod ipsa permissione sua per Sacrae Maiestatis Regiae ipsi Lanckorunski commonstratio, eius liberorumque eius in usu et possessione bonorum suorum Capitis praesentis molestias et difficultates extribent, offerens se liberosque suos in eisdem bonis permissionem in foro competenti mediante experiri. De quo itidem atque iterum eadem Catherina de Brosszorosko et liberorum suorum nomine super contra praefatum Magnificum Ioannem Herburt Regni, ac supramemoratum Nicolaum Lanckorunski Notarium Herburti ipsius servitore officio praesenti ac Illustrissime viali Pallatinatus Russie Generali providum Albertum Sorba Nobilesque multis protunc astantibus solemniter protestata est, prout praefatus Ministerialis Pallatinatus Russie generalis Albertus Sorba et Nobiles Baltazar Budek et Stanislaus Briskowski coram officio personaliter stantes in vim suae relationis obtinuis coram facien momento et corpore sani existentes publice palam recognoverunt suprascripta omnia in presentia sui ita et non aliter peracta fore, eaque audiuisse ac sibi per eandem Catherinam de Brosszorow suo et filiorum suorum nomine contra Magnificum Herburt Regni ac eundem Nobilem Nicolaum Lanckorunski Notarium Herburti solemniter ac officio sibi obtulit et protestata esse, Quod Memoriali firmatum est.

Tabernator de Jaskmanioze transfundit super Stanislaum Briskowski

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensibus Premisliensibus providus Tyjezsko filius et successor legitimus olim providi Iwan Wanina Tabernatoris in villa Sacrae Maiestatis Regiae Jaskmanicze ad capitaneatum praefatum pertinentem, obmisso iure suo provinciali, foroque et iurisdictione competenti renuncians, praesenti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se succedens bonaque sua omnia Mobilia et immobilia per eum habita incorporans et subiiciens sanus mente et corpore existens non coactus nec seductus, in oltro et beniuole palam et per expressum recognouit, Quia ille existens unus ex successoribus olim praefati Iwan Wanina Tabernatoris, ad premissa quantum pro eius interesse pertinet possessionem Taberne dicte Golyzembia Sacrae Maiestatis Regiae, inter villas Sacrae Maiestatis Regiae Jask

manicze et Pierwaszicze ac Capitaneatum praefatum pertinentem, consistentem super omnique Dominio et naturali quantum pro se iure interesse pertinet post praedecessorem suum Iuxta consensum suum et cessionem Sacrae Maiestatis Regiae, nunquam a Auitalicio per sacram iterum Regiam modestissimum Serenissimum Dominum Dominum Stephanum Dei gratia Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. Nobili Stanislao Briskowski servitori olim Magnifici Ioannis Herburt de Fulsztin Castellani Sanocensis et Capitanei suo ad eximendum eandem Tabernam dictam Golimbia de manibus ipsius Tabernatoris mediantibus possessionem et in illo interesse aliquod ad eandem sibi habere pertinenter gratiose dat et concessit, de eisdem bonis Sacrae Maiestatis Regiae Tabernam dictam Golyzembia, liberosque ipsius attinentem et pertinentem proventibus et emolumentis ex ipsa Taberna modo quocunque provenientibus, possessionemque eorundem bonorum per eundem continuatam nil sibi suisque posteris suis reservans, in ius et possessionem Auitalicialem ipsius Stanislai Briskowski iam eximere cedit transfundit, Omneque ius eiusdem quod sibi in praemissis ad bona praefata Sacrae Maiestatis Regiae Tabernam dictam Golembia dictam eius optinuit et antiquitus ad eandem pertinet competit et competere poterit pro sua, summamque pecuniariam per praedecessores ipsius pro restauratione reformatione et edificatione et de novo eiusdem Taberne exerthon exposita, et in eisdem bonis olim pecunie eius inscripta ibi existent, ac super eum cesserit in praemissis est et erit, in eundem Stanislaum Briskowski eiusque successores transfundit, incorporat et inscribit, supramemoratum Stanislaum Briskowski dicendum seu dicens suos personaliter mecum et inde polonis quos de summa originali in eisdem bonis Sacrae Maiestatis Regiae existentem quantum pro eius interesse spectat et pertinet ab eo Briskowski recepit et manualiter levavit, quietat et liberat in eiusque fuit perpetuo et in eum Intromissionem realem et actualem pacificamque possessionem iure suo iuxta formam morem et consuetudinem in talibus fieri et observari solitam in bona dicta suprascripta pro praefato cessionis et condescensionis ac transfusionis Iurium suorum Stanislao Briskowski dare et liberos admittere promittit, coram officio et Actis praesentibus personaliter stans iam expressis oltro et beniuole dedit et admisit, Et ideo coram officio et Actis praesentibus personaliter stans supramemoratus Stanislaus Briskowski foro proprio premisso et iurisdictionis competenti omisso, praesenti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se in Actis incorporans libere recognouit, Quia ille Iuribus Regiis in praemissis saluis relictis, quantum parte summae supra inscripte in eisdem bonis consistentia Sacrae Regiae Maiestati ac Reipublicae renunciat in eisdem bonis Auitalicijs sibi a Sacra Maiestate Regia gratiose concessis condonauit, condonatque praesenti sua recognitione mediante. Quod Memoriali firmatum est.